quoq; in lxx non hab&ur · & cunctis regib; elam · Cunctisq;
regibus medorum ; Ex eo quod zamri sequuntur elam
reges que medorum · arbitramur & zamri regionem esse
persidis · Nisi forte ex eo quod praeterit arabiae & hi reges
solitudinis accipiendi sunt · elam autem regio persidis trans
babylonem · unde & elamitae medi quoq; atq; persae a quib;
capta & destructa est babylon · & ipsi enim mera cum calicem
alexandro rege macedonum propinante potauerunt ; & cunc
tis regibus [aquil] babylonis · de prope & de longe · Quia persidis &
babylonis ; elam atq; medorum enumerauerat regiones ;
Nunc generaliter ponit omnes reges aquilonis · qui prope
sunt & longe · pro aquilone qui hebraice dicitur safun ·
lxx uertere · [aphe li o ten] ΑΦΗΛΙωΤΗΝ · quem nos subsolanum possumus
s. dicere ; Unicuique contra fratrem suum · & omnibus regnis
s. terrae quae super faciem eius sunt ; Nec cunctas orientalis
prouinciae regiones · enumerare per partes longum fuerat ·
generaliter posuit omnia regna terrae · Quae morantur
in terra · quod autem dixit contra fratrem suum · subaudi
tur dedi mera cum potionem · ut omnes furerent · uomerent ·
insanirent · & mutuis inter se proeliis dimicarent · quoque
s. intulit ; & Rex esach bib& post eos ; & in lxx non hab&ur ; hunc
hab& sensum · omnes inquit incircumcisi nationes babylonio im
perio subiacebunt · & cuncta suae subicient potestati · Ita ut
uniuersae quas praeteritus sermo narrauit gentes, ipsi ser

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0252